Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

uenerunt omnes uiri diuitiarum in manu
bus suis. A bincrepatione tua deus iacob
dormitauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es et quis resistet tibi? ex tunc
ira tua. De celo auditum fecisti iudicium
terra tremuit et quieuit. Cum exurge
ret in iudicio deus: ut saluos faceret omnes
mansuetos terre. Quoniam cogitacio ho
minis confitebitur tibi: et reliquie cogitacio
nis diem festum agent tibi. Vouete et
reddite domino deo uestro: omnes qui in
circuitu eius afferent munera. Terribili
et ei qui auferet spm principum: terribili
apud reges terre. Ps. Vox mea ad dominum clamaui: vo
ce mea ad deum et intendit mihi.
In die tribulationis mee deum exquisui
manibus meis nocte contra eum et non sum
deceptus. Renuit consolari anima